36. **Lebia rhodope.** (Tab. X. fig. 24.)

L. subrugosæ affinis, sed differt capite thoraceque rufis, illo lævi hoc subtiliter strigoso sed nitido. Oblonga, postice dilatata, flavo-testacea, capite thoraceque rufis; thorace antice modice rotundato, marginibus sat late explanato-reflexis; elytris profunde striatis, interstitiis valde convexis, prope apicem planioribus, signaturis sicut in *L. subrugosa* (Chaud. Monogr. t. i. fig. 49), viz. macula transversim oblonga circumscutellari, altera rhomboidea post medium (vitta suturali connexis), fascia obliqua dentata inter maculam rhomboideam et marginem vittaque submarginali a fascia usque ad basin, nigris.

Long. 6–6½ millim.

Hab. MEXICO, Jalapa (*Höge*); GUATEMALA, Capetillo (*Champion*).

37. **Lebia rufilia.** (Tab. X. fig. 25.)

L. rhodopi proxime affinis, forsan ejus varietas, sed differt capite supra plus minusve rugoso, elytris sine vitta marginali et fascia mediana angusta, arcuata submaculari.

Var. fascia apud interstitia 5^m–7^m interrupta.

Hab. MEXICO, Jalapa (*Höge*); GUATEMALA, Zapote (*Champion*), Capetillo *var.* (*Champion*).

Besides the entire absence of the submarginal black vitta, the fascia between the rhomboidal sutural spot and the margin is somewhat different in form and direction, being arcuated (with concavity towards the tip of the elytra), narrow, and undulated.

38. **Lebia neanthe.** (Tab. X. fig. 22.)

L. anchoræ similis, sed differt capite fere lævi elytrorumque fascia nigra basali usque ad humeros extensa etc. Breviter quadrato-ovata, flavo-testacea, capite (partibus oris epistomateque exceptis) nigro, elytris fascia basali (postice apud interstitia 4^m et 5^m profunde emarginata) altera posteriore (antice apud interstitia 4^m et 6^m et postice apud interstitia 4^m, 5^m et 7^m indentata), suturaque inter fascias, nigris; capite lato, oculis valde prominentibus, obsoletissime striato et punctulato; thorace transverso, lateribus explanatis valde reflexis, margine ab ante medium fere recto, angulis posticis productis margineque basali prope angulum rotundato-obliquato; elytris profunde subpunctulato-striatis, interstitiis valde (postice minus) convexis; tarsorum articulo 4° bilobato.

Long. 5½ millim.

Hab. BRITISH HONDURAS, Belize (*Blancaneaux*).

39. **Lebia calliope.** (Tab. X. fig. 23.)

L. neanthi proxime affinis, sed differt statura angustioer, oblonga; elytrorum fascia nigra posteriore sicut in *L. anchora* triloba, nec multi-indentata. Oblonga, flavo-testacea, capite (partibus oris epistomateque exceptis) nigro, elytris fascia basali (postice medio utrinque profunde emarginata) altera posteriore triloba, suturaque inter fascias, nigris; capite obsoletissime striato et punctulato; thorace quam in *L. neanthe* angustiore, præcipue lateribus multo angustius explanatis; elytris profunde subpunctulato-striatis, interstitiis modice convexis; tarsorum articulo 4° bilobato.

Long. 5½ millim.

Hab. MEXICO, Mirador, Cerro de Plumas (*Höge*); GUATEMALA, San Gerónimo (*Champion*).

Var. (immatura?). Elytrorum signaturis pallide fuscis fasciaque posteriore utrinque interrupta.

Hab. MEXICO, Juquila (*Höge*).